



B. 25.



IPSO ACADEMIAE NATALI XXXI.  
 AVSPICHSQVE  
 SERENISSIMI POTENTISSIMIQUE  
 PRINCIPIS AC DOMINI  
 DOMINI  
**FRIDERICI  
 WILHELMI**

REGIS BORVSSIAE MAR-  
 CHIONIS BRANDENBVRGICI S. ROM.  
 IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SVPREMI  
 PRINCIPIS ARAVSIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DVVIS  
 MAGDEBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POME-  
 RANIAE CASSVBIVRVM VINIDORVM MECKLENBVRGI ET IN SILESIA CROS-  
 NAE BVRGGRAVII NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE  
 CAMINI VANDALIAE SVRINI RACEBVRGI ET MEVRSAE COMITIS HOHEN-  
 ZOLLERAE RVPINI MARCAE RAVENSBERGAE HOHENSTEINI TECKLENBVR-  
 GI LINGAE SVRINI BVHRAE ET LEERDAMI MARCHIONIS VEHRAE ET VLSI-  
 SINGAE DYNASTAE IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTOCHII ET STAR-  
 GARDAE IN LAVENBVRG BTOVV ARLAY ET  
 BREDA CETERA

REGIS ET DOMINI NOSTRI MVLTO INDVLGENTISSIMI  
 XII IVLII HORA X. CIO IDCC XXV.

**MAGISTRATVS ACADEMICI  
 PERMV TATIO**

INTER STATA SOLENNIA AC VOTA LAETISSIMA  
 FIET

AD QVAE  
 AVDIENDA ET CONFIRMANDA

**PROCERES AC CIVES**

OFFICIOSE  
 ET PERHVMANITER  
 INVITAT

**ACADEMIAE PRORECTOR**  
**CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS**  
 PROFESSOR PHILOSOPHIAE ORDINARIVS.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE  
 Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.





Considerate, nostro iudicio, Pindarus ait, <sup>λαδας νιφθ</sup> incumbere solere aliquando, hoc est, *obliuionis nubem*, quæ à recta virtutis officiorumque via mentem auertat, inque ramosa sæpius compita

deducat; nisi illa discutatur, & pristinae deuotionis memoria reuocetur animique motus ad curriculum perfectionis dirigatur de nouo. Ea enim est humani ingenii imbecillitas atque inueterata inconstantia, nemo ut diu in eodem vestigio consistat, qui non sæpe vires suas exsuscitet, &, quod omittitur, aut amittitur, instauret. Solus DEVS <sup>ταυτοειδης</sup> eodemque modo sese habet, nullius rei indigus & perfectus à se ipso, ita ut nihil in eo reparandum sit, cum ne quidquam minuat, nec itidem crescat, quia nihil ei deest, nec defuit, nec deerit vnquam. Homines autem, qui multa & varia cogitant, nec acute semper cernunt, sed temeraria sæpe ratione animum hac atque illac agitant, de genere Vertumnorum sunt, meliora deserentes, & à proposito suo deflectentes haud raro. Vnde continua redintegratione & renouatione bonorum opus est, ob fluxum inanium rerum perpetuum, ob rubiginem mortalitatis, quam vniuersa contrahunt, ob terrenæ conuersationis puluerem, ob vanitatis densissimum fumum, quo sordibus fuscantur pretiosissima & candida olim. Ac nemo forte non intelligit, quo nostra tendat meditatio, in primis si circumspiciatur, qui immineat dies, quod festum affulgeat nobis, quæ amœna Natalis Academiae XXXI. illuceat species, quæue generosa omnibus obiiciatur & commendetur contentio, ad næuum illum familiarem & consuetum eluendum, ad rugas vitiorum expellendas, & membra luxuriantia primos intra cancellos coercenda. Saltem cognitus omnibus scopus est primi ac potentissimi FRIDERICIANÆ CONDITORIS, sapientiæ longe lateque propagandæ LYCEVM nostrum destinantis, utque



que per singulos dies proficiat, nec vnquam retro  
eat labaturque sanctissime præcipientis. Cuius tan-  
ti PRINCIPIS ac PATRIS prægloriosi æmulatione  
Serenissimus FRIDERICVS WILHELMVS,  
Dominus noster longe indulgentissimus, nouo ac ve-  
terem exprimente ardore nos inflammat, vt illum  
diem, quo verendis cærimoniis initiati sumus, in quo  
trabeam & publici muneris insignia accepimus, in-  
que doctrinæ excitandæ communionem & societa-  
tem coiunimus, annua memoria cohonestemus. Fer-  
tur enim IS ad publicum bonum iuuandum, ad mo-  
res & animi innocentiam restaurandam singulari be-  
nignissimæ naturæ propensione: est itidem impiger  
ac REGVM acerrimus, quem nullæ illecebræ à virtu-  
tis calle abducunt, iustum ac propositi tenacem ani-  
mum feruens perpetuo, & ad diuinæ mentis simili-  
tudinem indies adsurgens, quæ suo illum spiritu  
afflat, vtque tam eximia forma apud omnes exsplen-  
descat, certissime efficit. HIC, hic ad promouendi  
studium, & progrediendi ad maiorem perfectionem  
nos sua voce iterum vocat, vt valida semper sit ACA-  
DEMIA, non remissa, non fessa, non senio quodam  
marcida, & vigore ignaua, sed quæ quodam sapien-  
tiæ continuo virentis germine pullulet, ac iuuenili  
diuinæ humanæque cognitionis feruore pubescat.  
Eia! igitur, eia! Nullus solidæ scientiæ & virtuti, vt  
olim Herculis columnæ, terminus est statutus: pa-  
tent ad procedendum viæ aliæ aliis meliores: RE-  
GIS potentissimi votum est: *Plus ultra*: piorum o-  
mnium symbolum est, ac quasi adiuratio: *Sic meli-  
or sis, sic de te meliore gaudeamus*. Quocirca resti-  
tuantur, precamur, omnia, vt fuere prius, & ad pri-  
migenium propositum sapientissimi PRINCIPIS re-  
ducantur, qui vitam scholæ nostræ dedit, ac quoti-  
dianam renouationem docentibus commendauit,  
cum inter profectuum gradus nullus sit, qui non sem-  
per esse possit debeatque melior. Eia igitur denuo.

Noua



Noua basi ornetur Musarum nostrarum domicilium: effulgeat suggestus sapientiae ad sempiternam memoriam: nouis virtutum columnis augeatur praeclearum aedificium: nouis eruditionis statuis ac bonae mentis imaginibus exemplisque illustrior efficiatur FRIDERICIANA felix, FRIDERICIANA, cuius natalem festiuitatem, restaurata primae consecrationis religione, XII. Iulii, inter plausus & tripudia gratiarum actione piisque votis temperata, solenniter celebrabimus.

Cumque simul eodem die academici magistratus permutatio fieri soleat, ac REX noster clementissimus decreuerit, vt VICARIUS RECTOR hoc anno designaretur Vir iuris atque Philosophiae solida cognitione excellentissimus IOANNES FRIDEMANNVS SCHNEIDER VS, Potentissimi Borussiae Regis Consiliarius Aulicus, Logices, ac primae Philosophiae itemque Moralium Professor Ordinarius, Iurium extraordinarius, Collega nobis coniunctissimus; idcirco muneri tam insigni hora X. praevia rebus ac tempori accommodata oratione, more ac ritu maiorum publice eum initiandum significamus. Adsit, rogamus, splendidissimorum CONSILIARIORVM Chorus: COMITVM, BARONVM, EQVITVM nobilis CATERVA magno numero adueniat: COLLEGAE, CONSVLES, SENATORES, DOCTORES, MYSTAE, litterarum STUDIOSI omnesque honestiores CIVES sedibus suis commoti ad locum solennibus hisce aptatum commigrent, vt communi concentu laudetur Deus immortalis, cui renouata placent, quique Magistratum auctoritate & gladio munit ad tranquillitatem inter omnes placide seruandam. In quo sicuti gratissimum nobis fecerint, si nostras preces aliquod apud se pondus habuisse ostenderint; ita vniuersis atque singulis pro tanto beneficio atque officio nos perpetuo profitebimur obligatos. P. P. Halae Magdeburgicae III. Idus

Julias CIO IOCC XXV.



Gb 1633.

4<sup>o</sup>


ULB Halle 3  
001 611 763



20

n. c.







nouum  
que cr-  
blida &  
e franis  
efficiet,  
ificos &  
t omnis  
raclaris  
ne prod-  
que salu-  
ficque,

IPSO ACADEMIAE NATALI XXXI.  
AVSPICHSQVE  
SERENISSIMI POTENTISSIMIQUE  
PRINCIPIS AC DOMINI  
DOMINI  
**FRIDERICI  
WILHELMI**

REGIS BORVSSIAE MAR-  
CHIONIS BRANDENBVRGICI S. ROM.  
IMP. ARCHICAMERARII ET ELECTORIS SVPREMI  
PRINCIPIS ARAVISIONENSIS AC NEOCASTRENSIS DV-  
CIS  
MAGDEBVRGI CLIVIAE IVLIACI MONTIVM STETINI POME-  
RANIAE CASSVBIORVM VINIDORVM MECKLENBVRGI ET IN SILESIA CRO-  
NAE BVRGGRAVII NORIMBERGENSIS PRINCIPIS HALBERSTADII MINDAE  
CAMINI VANDALIAE SVRINI RACEBVRGI ET MEVRSAE COMITIS HOHEN-  
ZOLLERAE RVPINI MARCAE RAVENSBERGAE HOHENSTEINI TECKLENBVR-  
GI LINGAE SVRINI BVHRAE ET LEERDAMI MARCHIONIS VEHRAE ET VLIS-  
SINGAE DYNASTAE IN RAVENSTEIN TERRISQVE ROSTOCHII ET STAR-  
GARDAE IN LAVENBVRG BVTOVV ARLAY ET  
BRED A CETERA

REGIS ET DOMINI NOSTRI MVLTO INDVLGENTISSIMI  
XII IVLII HORA X. CIO IOCCXXV.

**MAGISTRATVS ACADEMICI  
PERMVATIO**

INTER STATA SOLENNIA AC VOTA LAETISSIMA  
FIET

AD QVAE  
AVDIENDA ET CONFIRMANDA  
**PROCERES AC CIVES**

OFFICIOSE  
ET PERHVMANITER  
INVITAT

**ACADEMIAE PRORECTOR  
CHRISTIANVS BENEDICTVS MICHAELIS**  
PROFESSOR PHILOSOPHIAE ORDINARIVS.

*HALAE MAGDEBVRGICAE*  
Typis CHRISTIANI HENCKELII Acad. Typogr.

